DE ANNO
CHRISTI NATALI
AB ORBE CONDITO

EXERCITATIO CHRONOLOGICA

EX PROLEGOMENIS

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

HABENDA

A PATRIBUS SOCIETATIS JESU

DIE AUG. ANNO M.DCC.LIII.





ROMÆ, MDCCLIII.

EX TYPOGRAPHIA GENEROSI SALOMONJ
IN FORO SANCTI IGNATII.
SUPERIORUM FACULTATE.



DE ANNO CHRISTI NATALI

AB ORBE CONDITO.

I. 

Etus quæstio est, quam exercitationis hujus Chronologicæ gratia proponimus; quæ Chronologorum ita exercuit ingenia, ut LXX. diversas sententias Ricciolius *Chr. Ref. lib. VII. cap.* 1. numeret; post quem Tourneminius suam addidit, Souciet, aliique suam. Nos hoc argumentum aggressi, ne celebrem apud Historicos quoque Ecclesiasticos quæstionem negligeremus, nostram addidimus, ab Orbe Condito ad Æram vulgarem annorum 4235., quæ ab aliis Chronologorum quos legimus discrepat. Ut eam explicemus præmittimus nonnulla, quæ in decidenda hac quæstione ita servanda nobis proposuimus, ut Axiomatum quorumdam loco haberemus.

II. Primo: Divinarum litterarum effata ita spectari oportere, vel in historicis hisce rebus Cronoligicisque, ducimus, ut nutum earum, aut significationem aliquam pluris faciamus, quam externorum Scriptorum testimonia omnia disertissimis concepta verbis, & ceterorum consensu probata: Cui Divinæ litteræ favere magis videntur, is Scriptorum horum maximè probatur. Secundo: Verba ipsa, atque sententias ita accipimus, ut accipi ab hominibus vulgò in plana, atque obvia significatione, & in ejusdem

Scripturæ aliis locis extra controversiam positis, solent; putamusque, ut in proverbio est, σκαφὴν, σκαφὴν dici; nisi contrarium evidens ratio aliqua, aut PP. consensus evincat. Qui quidem Patres, ubi LXX. lectionem habent a Vulgata, & Hebraico fonte diversam, atque illam illi opinionis suæ ducem habuisse videntur; minus apud nos, qui Vulgatam convenientem Hebraico textui sequimur, auctoritatis habent. Tertio: Cum aliquando Scriptura nude, & historice, & fuse, suo loco rem narret, aliquando alibi idem brevius indicet, vel ad alium locum alludat; non ex hoc altero loco explicandus est ille primus, sed contra alter e primo; atque hic maxime spectandus, considerandusque est. Quarto: Etsi non ignoremus, Catholicos etiam multos concedere, librariorum vitio in numeris quos Vulgata retinuit, nonnullos aliquando errores irrepsisse; Nos tamen, ubi præsertim Vulgatæ Hebraicus textus concordat; hanc nobis numeros immutandi licentiam non sumimus; & malumus rem quoquomodo, si potest, numeris illis retentis explicare; vel Heterodoxorum nonnullorum exemplo: ex quibus Usserius in Chr. Regum Hæbræorum constituenda Nostris aliquibus succenset, quòd aliter fecerint *gravi, & prudenti Abulensis illa præmonitione prius non expensa*; quæ nimirum est ad *II. Par. XVI. qu. 3. Ista est periculosa solutio, quia si in uno loco Scripturæ corruptionem esse fateamur, de omnibus aliis locis dubitabimus, an corruptio ibi sit; sicut dicit Augustinus &c.*. Quo quidem Canone quantum oneris imposuerimus nobis non ignoramus. Quinto: Morem scriptorum sive populorum maxime spectandum esse censemus. Quare cum non unum, sed plura exempla, quæ certa sunt, occurrant in Genealogiis Hebræorum, in quibus capita nonnulla omittuntur; hunc morem fuisse ita eas texendi colligimus, ut non omnia capita recenserentur. Quare argumentum ab eis ductum ad brevitatem temporis demonstrandam, minus idoneum censemus: Sexto: Sæpius nonnisi conjecturas expectandas a nobis præmonemus; conjecturis tamen sua vis inest, quando ad systema unum stabiliendum afferuntur multa, & in eo multa aliàs explicatu difficilia commode locum suum sortiuntur. Ac quemadmodum in vulgari structorum artificio, quo plurimæ partes ejusdem operis seorsum perficiuntur ac poliuntur, si eas postea compingendo,

gendo, videas aptari mutuo, & cohærere, non dubitas, quin fit ille proprius locus fingularum; cum fieri vix poffit ut omnes, five etiam multæ extra locum fuum pofitæ, fibi adaptentur, & mutuo conveniant: ita de hoc quafi Chronologico artificio pronunciandum eft, fi partes multæ eum locum fortiantur, quem, aliis non repugnantibus, poffint obtinere.

PARS PRIMA

DE SEX ÆTATIBUS

§. I.

De I. & II. Ætate.

III. TEmpus omne a Mundo condito ad Æram vulgarem confueto more dividimus in Ætates fex; primamque facimus a Mundo condito ad diluvium, annorum 1656., Alteram a diluvio ad vocationem Abrahæ annorum 457; tertiam ad exodum annorum 645; quartam ad templum fundatum anno quarto Salomonis annorum 480; quintam ad templum iterum fundatum anno fecundo Darii Hyftafpis annorum 477, ultimam ad Æram vulgarem annorum 520.

IV. Primarum duarum intervallum commune nobis eft cum multis; Nam primæ quidem fuppeditat genefis Patriarcharum *cap. Genef. V.*, & annus diluvii anno 600. vitæ, Noe ut *Gen. VII* habetur; Alterius vero cum genefis Patriarcharum cap. *Gen. XI.* tum vocatio Abrahæ, quæ defcribitur *cap. XII*. Animadvertimus tamen nonnulla in utraque ætate, quæ item animadverterunt fummi Chronologi. Primo fcilicet; difcrepantiam genefis Patriarcharum *cap. V. & XI. Gen.* haberi præcipuè inter Hebræos codices, Græcos, & Samaritanos. Nos hic, ubi Hebræis codicibus concordat vulgata; quas hæc repręfentat, rationes fequimur; a qua anni fiunt ab Orbe condito ad Diluvium 1656; cum Græci codices exhibeant 2242, Samaritani 1307. Novimus effe ex Catholicis nonnullos, qui Græcos in hac anno-

rum

rum computatione sequantur ; ex quibus est Ricciolius *lib.6. Chron. ref. cap.1* , Morinus *exercit.7.* Tourneminius &c. In Ricciolio displicent tùm modi tres , quos proposuit utriusque editionis conciliandæ (si dicatur Adam bis genuisse filium nomine Seth, & posteriorem post centum annos , idque exemplum imitari voluisse Posteros ; si dicatur Adam anno 130. cœpisse filios gignere , centesimo anno post, excellentissimum horum ; vel post centum illos annos filium ceteris in hæreditate prætulerit & Seth appellaverit) ; tùm ejus pronunciatum ; si conciliari non possint, sequendam LXX. editionem . Tourneminii ratio ineundæ concordiæ ; ut in Hebraico textu , ubi desunt centenarii illi numeri , subaudiendos Scriptor voluerit , quemadmodum numerus major aliquando subticetur , cum jam semel expressus est ; præterquamquod non conciliatio est sententiæ unius cum altera , sed pro Septuaginta decretoria sententia ; omnibus aptari non facile potest ; cum aliquando in Hebræo centenarius exprimatur ; & illa omissio fieri soleat , cum necessario supplendus est ; Cur autem ante centenarium Patris annum nasci filius non potuit ?

V. Secundò : Cum ita anni exprimantur ut menses , diesque qui vel illis annis abundant vel deficiunt , nulli umquam occurrant , suspicatus est Petavius , ita exprimi hujusmodi tempora , ut de minutioribus intervallis incerti simus , etsi Chronologorum mos invaluit , ut anni omnes habeantur pro completis . Non jure Usserium putamus insimulasse summum Chronologum , quasi ita *sacri Calculi certitudinem infirmet* , imo ad sacrarum litterarum majestatem quamdam pertinere putamus , ut tantum tradat , quantum ad præcavendos nimios errores satis sit , nec aberrare longius patiatur ; nimiam etiam retundere voluisse hominum curiositatem : quod ex aliis conjicimus,in quibus hoc plane modo se gerere eædem sacræ litteræ videntur . Cui rem similem facit Catholica Ecclesia in temporibus partiendis , definiendoque , pro temporum vicissitudine , noctis , & diei intervallo , quin Astronomicos apices anxiè persequatur.Qui in Patriarcharum παιδογονία subtilitatem illam admittit Usserius , in vitæ annis designandis adhibitam negat ; licèt ita de ipsorum ætate tota nos doctos velle videatur Scriptura, ac de ætate qua filios genuerunt. Aliud est quod incertos nos faciat ; an in genealogia texenda , more Hæbreis com-

communi, sint aliqua capita omissa. Itaque qui temporum majus aliquod intervallum ex Scriptura repudiari putant, probabilem quidem rem dicunt, quæque a Chronologis admitti solet; non tamen vere ex Scriptura ipsa demonstrare possunt. Tertio: Arphaxad natum posuimus biennio post Diluvium; quòd locus qui id significare videtur, vix explicari aliter possit, nudèque & historicè rem narret; alter quo genuisse dicitur Noe auno 500. Sem, Cam, & Japhet, commodam, & usitatam explicationem admittat; non temporis, quo sunt geniti, in his nominandis ordinem servari. Quarto: Atque eadem ratione utimur in Cainano interserendo inter Arphaxad, & Sale, quòd Lucæ locus nisi Cainan hic admittatur, expediri aliter non possit, quam si concedamus, aut negligentia Scriptorum, aut alia quacumque de causa continere aliquid, quod non est verum, cum positivè affirmat, quod isti negant: contra, admisso Cainane, *Genesis*, & *Paralipomenon* locis explicatio tribuitur, quæ usitata est, & multum sane probabilis; genitum aliquem dici ab eo, qui non pater, sed avus sit, omissis capitibus nonnullis in genealogiis texendis. Cetera commodius opinor tabula nostra repræsentabit.

I. ÆTAS

I. ÆTAS

A Mundi conditu ad Diluvium ann. 1656.

A. P. J.		
479.	Adam creatus	
609.	Seth nascitur ex Adamo ann.	130 (1)
714.	Enos nascitur ex Seth ann.	105 (2)
804.	Cainan nascitur ex Enos ann.	90 (3)
874.	Malaeel nascitur ex Cainan ann.	70 (4)
939.	Jared nascitur ex Malaeel ann.	65 (5)
1101.	Henoch nascitur ex Jared ann.	162 (6)
1166.	Mathusalem nascitur ex Henoch an.	65 (7)
1353.	Lamech nascitur ex Mathusalem an.	187 (8)
1535.	Noe nascitur ex Lamech ann.	182 (9)
2135.	Diluvium anno Noe	600 (10)

II.

(1) Gen. V.III. „ Vixit autem Adam 130. annis & genuit .... vocavitque nomen ejus Seth „.
(2) 6. „ Vixit quoque Seth 105. annis & genuit Enos „.
(3) 9. „ Vixit vero Enos 90. annis & genuit Cainan „.
(4) 12. „ Vixit quoque Cainan 70. annis, & genuit Malaeel „.
(5) 15. „ Vixit autem Malaeel 65. annis & genuit Jared „.
(6) 18. „ Vixitque Jared 162. annis & genuit Henoch „.
(7) 21. „ Porro Henoch vixit 65. annis & genuit Mathusalam „.
(8) 25. „ Vixit quoque Mathusala 187. annis & genit Lamech „.
(9) 28. „ Vixit autem Lamech 182. annis & genuit filium vocavitque nomen ejus Noe „.
(10) Gen. VII. 11. „ Anno sexcentesimo vitæ Noe mense secundo, 17. die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ &c. „

II. ÆTAS

A diluvio ad Abrahæ vocationem ann. 457.

A. P. J.				
2137.	Arphaxad naſcitur biennio poſt diluvium			(1)
2172.	Cainan ex Arphadax	ann.	35	(2)
2202.	Sale ex Cainan	ann.	30	(3)
2232.	Heber ex Sale	ann.	30	(4)
2266,	Phaleg ex Heber	ann.	34	(5)
2296.	Reu ex Phaleg	ann.	30	(6)
2328.	Sarug ex Reu	ann.	32	(7)
2358.	Nachor ex Sarug	ann.	30	(8)
2387.	Thare ex Nachor	ann.	29	(9)
2592.	Abraham ann. 75. vocatur patre mortuo ann. 205			(10)

(1) Gen.XI. 10. „ „ Sem erat 100. annorum, quando genuit Arphaxad biennio poſt diluvium „.
(2.3.) Lucæ III. 36. „ Qui fuit Arphaxad, qui fuit Cainan, qui fuit Sale „ ; Gen.XI. 12. In verſ. LXX. detracto ut moris eſt centenario numero. Gen.XI. 12., Porro Aſphaxad vixit 35. annis & genuit Sale „.
(4) 14. „ Sale quoque vixit 30. annis & genuit Heber „.
(5) 16. „ Vixit autem Heber 34. annis, & genuit Phaleg „.
(6) 18. „ Vixit quoque Phaleg 30. annis & genuit Reu „.
(7) 20. „ Vixit autem Reu 32. annis, & genuit Sarug „.
(8) 22. „ Vixit vero Sarug 30. annis, & genuit Nachor „.
(9) 24. „ Vixit autem Nachor 29. annis, & genuit Thare „.
(10) v. ult. „ Et facti ſunt dies Thare 205. annorum & mortuus eſt in Haran „. XII, 1. „ Dixit autem Dominus ad Abram ; egredere de terra tua . . . 75. annorum erat Abraham cum egrederetur de Haran „.

§. I I.

De III. Ætate.

VI. ÆTatis Secundæ finem & Tertiæ initium facimus anno Thare 205. sive eo mortuo. Abrahami vero anno 75. ex loco *Gen. XI, XII.* quòd eorum locorum planissimus hic sensus videatur, cui favet S. Stephanus *Act. VII.*; nihil vero contrarium occurrat, quam locus *Gen. XI. 26.* a Petavio objectus, quo Thare anno 70. genuisse dicitur Abraham, & Nachor, & Aram; qui quidem superius alteri loco allatam explicationem recipit, quoniam tres illi simul eodem anno Patris 60. nati esse non possunt: unus igitur tantùm, neque is primus qui nominatur, ortus eo anno fuerit.

VII. Tertiam hanc Ætatem productiorẽ facimus annis 215, quam vulgus Chronologorum, quòd hîc maxime canonem illum nostrum secundo loco positum servamus, in Exodi loco explicando, quo mansisse in *Ægypto* dicuntur *filii Israel* annis 430. Itaque maluimus *Ægyptum*, Ægyptum interpetrari, & filios Israel *Israel*, idest Jacobi filios & posteros, in eo quidem loco, qui historicus est, & rem nude & historice narrat. Paulus *ad Galat. III* 17. alludit *ad locum Genes. XV.* 13. qui nobis favet: itaque non est ad illum pervertendum vel explicandum hic adhibendus. Nihil occurrit etiam, quod contra planissimam illius loci significationem, nos urgeat, qui Vulgatam cum Hebræo fonte convenientem, non LXX, in quos forte glossema irrepsit ante PP. ætatem, nobis sequendam proposuimus. Genealogias enim quale argumentum essent, supra diximus: & possemus etiam, si vellemus, genealogiis genealogias, opponere præsertim Josue. Itaque annnos 430. numeramus ab ingressu Israelis in Ægiptum, post annos 215., ex quo Abraham vocatus est Patre mortuo. Quæ quidem sententia est Nicolai Abrahami, fuitque postea Isaaci Vossii, Tourneminii; in quibus etsi inductum Ætatis hujus tantum intervallum probamus, argumenta, tamen, quæ ad confirmandum afferunt, non omnia probamus. Ætatem hanc tertiam exhibebit tabula nostra.

III.

III. ÆTAS

A vocatione Abrahæ, ad Exodum, annorum 645.

A. P. J.

2592. Vocatio Abrahæ anno 75.

2617. Abrahæ centenario nascitur Isac. (1)

2677. Isaaco sexagenario nascitur Jacob (2)

2768. Jacobo a. 91. nascitur Joseph (3)

2807. Jacob cum tota familia ingreditur (3) Ægyptum an. 130. Josephi 39.

2824. . . . . . Jacob moritur (*a*) postquam ingressus est Ægyptum a. 17.

2878. . . . . . Joseph moritur (*b*) annor. 110.

3157. . . . . . Moses nascitur (*c*)

3237. Exodus ab ingressu in Ægyptum Jacobi an. CCCCXXX. (4)

(1) Gen. XXI. 5. „ .... Cum centum esset annorum : hac quippe ætate patris natus est Isaac „.

(2) XXV. 26. „ Sexagenarius erat Isac, quando nati sunt ei parvuli „.

(3) ex Gen. XLVII. 9. Jacob Pharaoni „ respondit dies peregrinationis meæ 130. annorum sunt „.

XLI. 46. de Josepho „ 30. autem annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis „. 53. „ transactis septem ubertatis annis . . . cœperunt venire 7. anni inopiæ „.

XLVII. 11. Cum Jacob vocatur in Ægyptum „ adhuc enim quinque anni residui sunt famis „.

(*a*) Gen. XLVII. 28. „ Vixit in Ægypto decem & septem annis „.

(*b*) L. 35. „ Mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis „

(*c*) Nam mortuus annorum 120. anno P. J. 3277.

(4) Exod. XIII. 40. „ Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum : quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti „.

§. III.

De IV. Ætate.

VIII. IN Quartæ Ætatis intervallo definiendo eadem sententia nostra est, quæ plurimorum Chronologorum, qui id expressum putant *III. Reg. VI.* Quem quidem numerum, qui nunc legitur, minime corruptum esse putamus, contra quam Nicolaus Abrahamus, & Nicolaus Serarius sensit, qui pro 400 legere volunt 600. *Cujusmodi in desperatis Chronologiæ quæstionibus, ut in perditis civitatibus* χρεοκοπίαι *extremi esse solent exitus*, ut ait Petavius. Quibus nuper accessit Alphonsus Des Vignoles, cujus quidem Heterodoxi hominis eruditionem cognoscimus, laudamus etiam in allegandis præsertim Auctoribus diligentiam; in numeris vero passim immutandis facilitatem probare non possumus, quotiescumque codicem aut vulgatum librum auctorem nanscicitur emendationis suæ. Quem enim in tanta codicum multitudine, & varietate mutationis cujuscumque auctorem non nanciscamur? Ex sententiis vero (quarum viginti Abrahamus diversas numeravit), eam reicimus, quæ servitutis annos annis includit quietis, cui minimum profuisse putamus Hieronymum Van Alphen, qui aliter *quiescendi* Verbum explicandum suscepit, quam vulgo solet, pro inertia, & desidia a bellis, quæ Deus Hebræis imperaverat. Quietem enim illam sæpius præmium fuisse resipiscentibus Judeis concessum a Deo, Judicibus suscitatis, constat ex *Jud. VIII.* 20. aliisq; locis. Cocceii etiam illam, qui summas annorum a præcedenti narratione dirimit, quasi finita historia poneretur subscriptio; *Sic elapsi sunt anni* 40., 80. *&c.*. Præterea Saliani, Francisci Riberæ, Usserii, Natalis Alexandri, qui cum quietis tempora breviora faciant, numerum adscriptum referunt non ad annos quibus quies duraverit, sed ad Epocam aliam, & maximè quietis, quæ præcesserat, repudiamus; contrarium enim indicatur in quiete 40. annorum post Gedeonem: ad arbitrium etiam res fingitur; atque Usserius fassus est explicationem hanc *Cum versione vulgata non convenire*. Denique Petavii, qui *egressionis* nomine quadraginta ipsos annos venire censet,

set, quibus in solitudine Judęi manserunt, etsi eam Tourneminius confirmare conatus est; quòd ad tantum temporis intervallum produci posse dicendi modus ille non videatur;& (in quo cæteræ etiam sententiæ peccant) planissima Scripturæ verba ad abstrusiorem quamdam significationem, & minime obviam trahit. Placet ergo sententia eorum, qui synchronismum adhibent, & eodem tempore Hebræos aliquando hostibus servitutem præstasse censent in orientalibus ex. c. plagis, cum in aliis quiete, Hebræorum regiones aliæ fruerentur, Hunc modum ideo ceteris præferimus, quòd & vim non inferat vulgatæ nostræ, & nihil habeat a moribus hominum, aut regionum ipsarum ingenio abhorrens. Prԑterea Synchronismi hujus inditium præbet Scriptura ipsa *Jud. X. 6.* collat. cum *XIII. 1.*

IX. Ergo cum constitutum sit nobis nihil ad arbitrium constituere, Josue post Jordanis transitum tribuimus ex Josepho annos XXV. Inter hunc annum & primam servitutem ut verum sit; *omnem illam generationem congregatam esse ad Patres suos, & surrexisse alios, qui non noverant Dominum, & opera, quæ fecerat cum Israel*;totidem ferme annos ponimus,quot in deserto,ubi idem accidit,Judæi fuerunt;annos 35. Servitutes duas sibi succedere significare videtur Scriptura. Quare ita nos eas disposuimus. In quiete vero longiori 80. annorum, quæ erat in parte Orientali, ubi Moabitæ, nihil impedit, quominus in parte Occidentali servierint Judęi sub Jabin, licèt eam servitutem narret Scriptura post narratam quietem 80. annorum. Nam post eam quoq; narrat mortem Aod, quem vix credibile est tandiu superfuisse. Mortuum nos facimus post annos a libertate 20., eique subjicimus Samgar. Cetera servitutum, & Judicum sibi succedunt, ad servitutem sub Ammonitis, quam posuimus anno 300., postquam terram possederant Hebræi: quòd Jephte id significare videatur *Jud. XI.* Dum Jephte succedunt in Galaaditide alii Judices,jam transJordanem Heli Sacerdos judicabat populum; sub quo servitus contigit sub Philistęis, & Arca capta anno 40. ex *I. Reg. IV.* 15. Qui annus est simul ultimus Heli, & primus Sansonis: Nam *judicavit Israel in diebus Philistiim* Jud. XV. 20., *& incæpit liberare Israel. XIII. 5.*; nec tamen perfecit. Judicum diversa genera quæ Petavius *lib.9. cap.35.*, Marshamus, & Interpretes animadverte-

terunt, faciunt ut simul cum Samuele Sansonem ponamus, dum Ahjalon judicat cis Jordanem. Arca restituta est in suum locum post annos 20., ex *I. Reg. VII.* 2. Atque ex eo tempore Samueli tribuit Josephus annos 12. quibus Israelem judicaverit. Cum senex esset *postulaverunt regem*, *& dedit illis Deus Saul annis* 40., &, *amoto illo suscitavit illis David*, quibus indicari videtur illis *suscitatum David*, qui *postulaverunt regem*, idest Judæis omnibus; Judæis autem omnibus imperavit David annos 33. ex *III. Reg. II.* 11. *&* *V.* 4. Quare Isboseti annos a Paulo *in loco Actorum* inclusos putamus annis Saulis. Saulis enim, & Davidis nomine eorum familias, & posteros, more sæpius usitato, intelligit.

IV. ÆTAS

Ab Exodo, ad Templum fundatum a. 4. Salomonis, ann. 480.

A. P. J.

3237. Exodus

3277. Terræ distributio sub Josue (1) mortuo Moise an. 120.

3302. Josue moritur a. 110. administr. 25. (2)

3337. I. Servitus annis 8. sub Chusan an. 35. (3) post Josue mortem.

3345. Othoniel Judex: quies annis 40. (4)

3385.

(1) V. Deuter. VIII. 2. XXIX. 5. &c. & lib. *Josue* Deut. XXXI. 2. Moyses „ centum viginti annorum sum hodie „
Ib. XXXIV. 7. „ Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est „

(2) Jud. II. 8. „ Mortuus est autem Josue filius Nun centum & decem annorum „.

(3) 10. „ Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alii qui non noverant Dominum & opera quæ fecerat cum Israel &c. „.
III. 8. „ Iratusque contra Israel Dominus tradidit eas in manus Chusan Rasathaim Regis Mesopotamiæ, servieruntque ei octo annis „.

(4) 8. „ Suscitavit eis Salvatorem & liberavit eos Othoniel &c. quievitque terra 40. annis „.

3385. II. Servitus sub Eglone annis 18. (5)

3403. Aod Judex. quies annis 80. (6) in par. Orie.

3423. Aod moritur Samgar Judex (7) — III. Servitus sub Jabin in parte Occident. an. 20. (8)

3443. . . . . — Barac Jud. & Debbora : quies ann. 40. (9)

3479. . . . . — *Regnum Assyriorum ex Herod.* (10)

3483. IV. Serv. sub Madianitis &c. an. 7. (11)

3490. Gedeon Judex annis 40. (12)

3530. Abimelec annis 3. regnat (13) — *Trojæ expugn. ex Pet. & Uss.*

3533. Thola annis 23. Jud (14)

3546.

---

(5) 14. „ Servieruntque filii Israel Eglon regi Moab decem & octo annis „.

(6) 15. „ Qui suscitavit eis Salvatorem vocabulo Aod „ IV. 30. „ Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israel, & quievit terra octoginta annis „.

(7) III. Jud. 31. „ Post hunc (Aod) fuit Samgar &c. Anath qui percussit de Philistæis 600. viros vomere, & ipse quoque defendit Israel „.

(8) IV. 2. „ Et tradidit illos Dominus in manus Jabin regis Canaan qui regnavit in Asor . . . & per 20. annos vehementer oppresserat eos „.

(9) IV. 4. „ Erat autem Debbora . . . quæ judicabat populum in illo tempore . . . quæ misit & vocavit Barac &c. quievitque terra per 40. annos „.

(10) Nimirum a . 520. ante Medorum defectionem V. n. 17. & 22.

(11) VI. 1. „ Fecerunt autem filii Israel malam in conspectu Domini qui tradidit illos in manus Madian 7. annis „.

(12) VIII. 20. „ Humiliatus est autem Modian coram filiis Israel, nec potuerunt ultra cervices elevare , sed quievit terra per 40. annos quibus Gedeon præfuit „.

(13) IX. 22. „ Regnavit itaque Abimalech super Israel tribus annis „.

(14) X. 1. „ Post Abimelech surrexit Dux in Israel Thola, & judicavit Israel viginti & tribus annis „.

3556.	Jair Jud. annis 22. (15)	
3571.	. . . .	Heli Sacerdos & Jud. annis 40. (16)
3578.	V. Servitus ſub Ammon. in Galaad an. 18. CCC. poſt occupatam terram (17)	
3592.	. . . .	VI. Servitus ſub Philiſtæis annis 40. (18)
3596.	Jephte Jud. an. 6. (19)	
3602.	Abeſan Jud. an. 7. (20)	
3608.	Ahialon Jud. an. 10. (21)	
3611.	. . . .	Heli moritur capta Arca (22)

Sa-

(15) 3. „ Huic ſucceſſit Jair Galaadites qui judicavit Iſraelem per viginti & duos annos „ .

(16) I. RR. IV. 18. „ Et ipſe judicavit Iſrael 40. annis „ .

(17) Jud. X. 6. „ Filii autem Iſrael . . . fecerunt malum in conſpectu Domini . . . contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Philiſthiim, & filiorum Ammon ; afflictique ſunt & vehementer oppreſſi per annos decem & octo , omnes qui habitabant trans Jordanem in terra Amorrhæi , qui eſt in Galaad „ . XI. 2. Jephte ad Ammon . „ niſi forte melior eſt Balac filio Sephor Rege Moab ; aut docere potes , quod jurgatus ſit contra Iſrael & pugnaverit contra eum , quando habitavit in Heſebon . . . vel in cunctis civitatibus juxta Jordanem per trecentos annos . Quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis ? „ .

(18) XIII. 1. „ Rurſumque filii Iſrael fecerunt malum in conſpectu Domini , qui tradidit eos in manus Philiſtinorum 40. annis „ .

(19) XII. 7. „ Judicavit itaque Jephte Galadiites Iſrael 6. annis & mortuus eſt „ .

(20) 8. „ Poſt hunc (Jephte) judicavit Iſrael Abeſan . . . qui 7. annis judicavit Iſrael „ .

(21) 11. „ Cui ſucceſſit Ahialon Zabulonites , & judicavit Iſrael 10. annis „ .

(22) I. RR. IV. 15. „ Heli autem erat nonaginta & octo annorum . . . & ipſe judicavit Iſrael 40. annis &c. „ .

Samuel Jud. an. 32. (23) & Sanson annos 20. (24)

3618. Abdon Jud. an.8. (25)

3631. . . . . Arca transfertur post annos 20. (26)

3642. Saul Rex (27)

3674. Isboset regnat, & David in Hebron (28)

3681. David regnat super omnes tribus (29)

Adarezer Rex Syriæ a Davide vincitur (30)

3714. Salomon regn. an.40.(31)

3717. Templum fundatur.

(23) Ex Josepho qui post 20. annos, cum Arca restituta est, dat ei annos 12.
(24) Jud. XV. 20. „Judicavitque Israel in diebus Philistiim viginti annis „.
(25) Jud. XII. 13.„ Post hunc (Aialon) judicavit Israel Abdon . . . octo annis „.
(26) I. RR. VII. 2. „ Et factum est ex qua die mansit Arca Domini in Cariathiarim multiplicati sunt dies (erat quippe jam annus vigesimus) &c. „.
(27) Act.XIII. 20. „ Et post hæc dedit Judices usque ad Samuel Prophetam . . . & exinde postulaverunt regem, & dedit illis Deus Saul . . annis XL. „ V. num.9.
(28) II. RR. II. 10. „ Quadraginta annorum erat Isboset filius Saul cum regnare cœpisset & duobus annis regnavit „.
(29) III. RR. II. 11. & V. 4.„ Dies autem quibus regnavit David super Israel 40. anni sunt, in Hebron regnavit 7. annis, in Hierusalem triginta tribus „.
(30) II. RR. VIII. 3. I. Par. XVIII. 3.
(31) III. RR. XI. 42. „ Dies autem quos regnavit Salomon in Jerusalem super omnem Israel XL. anni sunt „.

§. IV.

De V. Ætate.

X. QUinta Ætas nobis procedit a jactis Templi primi fundamentis anno 4. Salomonis ad fundamenta jacta Templi secundi anno II. Darii Hystaspis. Atque hanc tribuimus in partes duas; primæque finem, & initium alterius collocamus transmigrationem Iechoniæ. Impeditissimas quæstiones XIV., quas Petavius, recenset *lib. 9. cap. 61.* ex comparatione ortas præcipuè annorum Regum Juda, & Regum Israel, expedimus, adhibitis his expediendi modis, quos idem recenset. *Primo* anni aliquando inchoati, & labentes nominantur, aliquando, qui jam completi sunt. *Secundo* Regum initia ad populans anni Epocam accomodantur. Ex utroque fit ut idem annus duos Julianos occupet, atque eodem dicitur factum, quod vel in primum, vel in alterum cadit, anno scilicet illo *ineunte*, vel *desinente* factum. Quæ verba Vignoles non jure in Usserio irridet, si rem quam verba solicitius perpendamus. *Tertiò* Patre adhuc superstite ac regnante, Filius in Regni consortium adscitus est, & aliquot cum Patre annis imperavit, qui quidem anni modo filio imputantur, modo Patri, modo utrique. Hunc quoque modum repudiavit Vignoles, negans eum usurpari oportere, nisi ubi illum Scriptura significat. At quam ille significationem desiderat? An vero non satis illa est, qua aliter, atque aliter unius Regis annos numerat? significat enim ita à diversa Epocha numerare: hæc vero Epocha duplex diversa, est hominum consuetudini maxime conformis; qua videlicet à Regibus grandioribus, qui ætati, vel valetudini diffiderent, ut securius mortuis succederent filii, vel onus res administrandi levarent, in Regni consortium admittebantur; præsertim vero, quando bella ingruebant; ut præcluderetur ambitiosis imperii, aditus omnis & via, regiaque auctoritate, & foris res, & domi administrarentur. Manifesta modi hujus significatio in Joram filio Josaphati (quem & admittere coactus est ipse Vignoles)non abhorrere ab hujusmodi modo Scripturam declarat. His Petavii modis addimus *Quartum* cum Rex

aliquis

aliquis bellis civilibus ferventibus, Rex ab omnibus non habetur, postea æmulis devictis, aut rebus compositis, regni ejus annos computant omnes. *Quintum*, cum prȩter primum regnandi initium, aliud ponitur, ratione habita principis urbis, ubi regni sedes constituta, quam primò ille possidere non potuit. Hunc modum in Davide Scriptura innuit. *Sextum* Cum aliud hominis initium adnotatur, aliudque initium regni a Majoribus constituti, sive a quo tempore in familiam regnum illatum est. *Septimum*, cum anni numerantur communis æræ; sive cum vulgaris Epocha adhibetur. Præter hos modos vix ullos inducimus: repudiamus enim quos Tourneminius repudiavit, ut si expungantur ex Regum annorum numero anni infausti &c. Atque eidem consentio *interregnum* prudenter, & timidè inducendum, quem *ultimum* modum numeramus.

XI. Ex Quæstionibus XIV. faciliores sunt quæ extricantur utroque ex primis modis, atque ita explicamus, quod dicitur Asa regnasse anno 20. Jeroboami, Josaphat anno 4. Achab, Ochozias anno 11. Joram. Amasias anno 2. Joas. Manahen anno 39. Azariæ &c. Id de Ochozia filio Joram innuit Scriptura *II. Paral. XV. & XIV.* In rebus gestis Baasa nominatur annus 35. & 36. Asa, cum Baasa mortuo regnaverit Elas anno 26. Asa. Locum hîc habet modus ille sextus, quo non Regis illius singularis Epocha sed regni adhibetur, atque hîc regni Israel a Jeroboami schismate constituti. Ita & Amri, cum dicitur regnasse anno 31. Asa, plerique intelligunt quieti regni Epocham, sedatis turbis. Nos modum adhibemus quintum, quem Scriptura suppeditat cum ait; *regnavit super Israel* 12. *annis*, in *Thersa sex annis*. De Josaphat, & filio Joram, item de Achabo, ejusque successoribus Ochozia, & Joram perplexæ quæstiones, 1. Josaphat ab anno IV. Achab regnavit 25. annis. Achab regnavit 22; ergo ultimus Achabi concurrit cum 18 Josaphati. Ochozias tamen Achabi filius regnasse dicitur anno 17. Josaphati; & regnasse biennium, & ejus successor Joram cœpisse anno 18. Josaphati. Expediuntur hæ. admisso Ochozia regnante unâ cum Patre, anno ejus 21, Josaphati 17; qui anno sequenti mortuus sit paulo post Patrem; & tunc etiam regnum inchoaverit Joram. II. Joram Israeliticus regnasse dicitur anno 2. Joram filii Josaphat, idemque anno 18. Josaphati. Contra vero Ioram Rex Ju-

da regnasse anno 5. Jorami alterius Regis Israel. Ut hæc extricemus, admittimus bis Joramo regnum communicatum á Josaphato Patre; 1. anno suo 17, cum ad Syriacum bellum proficisceretur, cum Achabo. Et ideo forte etiam Achabus regnum filio communicavit. Cum vero ex eo redux regni administrationem suscepisset, rursum anno 22; vel valetudine, vel rerum humanarum tædio, vel alia de causa, idem fecit. Quæstio alia de Joramo Patre Ochoziæ, quòd regnare cœperit annos natus 32. & regnaverit annos 8; ejus vero filius Ochozias mortuo Patre regnum inierit natus annos 42. imo quod alibi dicitur 22. annorum regnare cœpisse; etsi Petavius, Cornelius, Tirinus, Calmet, Torniellus, Salianus, & Usserius ipse ab omni numerorum emendatione abhorrens, peccatum in numeris admittant, solvitur à nobis modo 6. Cum nimirum Athalia Regum Israel progenies, in Judæ regno rerum potita esset, curavit ut Epocha Regum Juda in desuetudinem abiret, & induceretur sua; qua usus est Auctor, qui illa, forte sub Athalia scribebat. Nihil enim est in Scriptura, quod huic opinioni repugnet, quæ ponit solum annum Ochoziæ primum, fuisse Athaliæ 42. Quod si non Athaliæ ætatis Epocham usurpari placeat; dicantur anni hic recenseri ab eo tempore quo; *prævaluit papulus, qui erat cum Amri populo qui sequebatur Thebni*: nimirum, quo in ejus familiam regnum, nemine contradicente, esse cœpit. Annos Regum Juda indigitari sæpe per annos Regum Israel, omnino constat, & res etiam gestas Regum Juda recenseri in fastis Regum Israel; unde hæc de Ochozia petita suspicamur: cum nullus hic, ut in ceteris, liber allegetur, sed primus deinde occurrat liber *Verborum dierum Israel.* Quæstio, quòd Joas Israeliticus cœperit regnare anno 37. Joas Judaici, & hujus successor Amasias regnaverit anno 2. Joas Israelitici, expeditur modo 3; qui modus pariter adhibetur ad aliam quæstionem de Amasia, & filio Azaria. Quæstio de Jeroboamo II., qui regnare cœpit anno 15. Amasiæ; regnavit autem 41 anno: cum ejus successor Zacharias regnasse primum dicatur anno 38. Azariæ expediri aliter non potest, quam si admittatur Interregnum annorum 12. inter mortem Jeroboami, & initium Azariæ; quod quidem recipere Vignoles ipse coactus est. Quæstio de Oseæ initio anno 20. Joatham idest 4. Achaz, & ejusdem Achaz anno 12. deciditur modo 4.

XII. Post

XII. Post deportationem Israelis anno 9. Oseæ, liquidius res procedunt. Est tamen de Juditha tempore satis perplexa quæstio, ob ea præsertim verba, quæ in fine ejus libri occurrunt; *In omni spatio vitæ ejus non fuit qui perturbaret Israel & post mortem ejus annis multis*: Cum paulo ante de ea dictum sit; *Mansit autem in domo viri sui annos 105*. Consentimus Nicolao Serario, Montfauconio, atque Eruditorum Interpretum, & Chronologorum plerisque;ante Babylonicam captivitatem eam historiam collocandam: quod *exploratum & compertum jam se habere* Salmeron *tom. 16. pag. 409. op.* dixit. Locum autem nullum commodiorem reperimus, neque opportunius tempus, quam captivitatis Manasse, quam anno ejus regni 5. collocamus: Iuditham vero majorem tunc fuisse non putamus annis 40. quam illi ætatem concedit Bellarminus. Nam quod Calmet, aliique sexagenariam faciunt, aut sexagenaria majorem, durius aliquanto est, nec necessarium.

XIII. Altera ætatis hujus pars a nobis constituitur initio septuagenariæ servitutis, celeberrimæ ex Jeremiæ prædictione. Hanc ad nectendam sacram Historiam (cujus perpetuus ductus ab orbe condito decurrens, in templi eversione anno Sedeciæ XI. abrumpitur) cum temporum rationibus quas habemus in civili historia, adhibuerunt plerique Cronologi, sollicite in ejus initium, atque finem inquirentes. Initium quidem nobis statuendum omnino videtur in Jechoniæ transmigratione, quando ex Jeremia *cap. LII.* maximus captivorum numerus abductus est, Imo *IV. Reg.* 24 rex Babylonis; *transtulit omnem Jerusalem, & universos principes, & omnes fortes exercitus ejus, & omnem artificem, & clusorem, nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ*: preter omnes *thesauros domus Domini*, & *thesauros domus regis*: a qua transmigratione annos perpetuo numerat Ezechiel, eosdemque numerare videtur Jeremias, & Baruch, quasi ab Epocha,quam Judæi, finem expectantes, maxime adhiberent; quam denique veluti celeberrimam Matthæus in Christi genealogia commemorat. Reliquæ sententiæ vel minori multo calamitati, insignem hanc Judaici luctus epocham, affigunt, vel si templi eversionem eligunt, calamitatem eam ponunt, qualis a Jeremia non designatur, nec Judæis alio jam

trans-

translatis erat adeo miserabilis; quæque demum hujus nostræ consequutio quædam fuit. Etenim statim a Jechoniæ captivitate munitionibus vallata urbs & clausa *usque ad XI. annum Regis Sedeciæ*; adeoque ad epocam statuendam rerum conversionis, minus insignis, vel ex ipso hominum more, cujus se testem Cicero perhibet ad Atticum scribens *lib. 9. epist. 5. Majores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quam urbis captæ, quod hoc malum ex illo: itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus*; Quamquam si cetera deessent omnia, temporum rationes eam epocham deligi non paterentur.

XIV. De fine captivitatis major disceptatis est; præsertim cum opinio inveteraverit, finiendam esse anno primo Cyri, qui ad finem libri Paralipomenon, atque initio Esdræ commemoratur; collocari vero eo tempore finis hic videtur a Jeremia XXV. 12. & XXIX. 10., & Isaia XLIV., & XLV., itaut Pererio judice *ad Dan. nihil dici luculentius* potuerit ad ostendendum septuagenariæ captivitatis finem in exordio Cyri. Nos tamen non ea, quæ isti vident, videre confitemur. Nam cum iisdem locis multa ponantur de ædificatione civitatis, & templi, de libertate, rebusque Judaici populi iterum florentibus; suspicamur plura conjungi, quæ ad diversa tempora pertinent, Cyri vero initium memorari, quòd aliqua tunc rei postea assequendæ fundamenta posita sint & veluti strata via. Incertum ergo est, cum plura tempora designantur, horum quodlibet; nec facile quod insignius fuerit ceteris, ad Judaici populi lætitiam, dijudicari potest, & quod ex his sumamus. Quare huic incerto loco alius omnino præferendus, quo nude, & diserte, atque expressissime septuagesimus annus jam advenisse affirmatur. Hujusmodi nobis videtur Zachariæ locus I. 12. *Et respondit Angelus Domini, Et dixit, usque quo tu non misereberis Jerusalem, Et Urbium Juda, quibus iratus es? iste jam septuagesimus annus est*. Quocumque se vertant qui a nobis diffident, explicari se non posse ab hoc loco videntur, vel interrogatione, quam nullam Vulgata agnoscit, & affirmationis etiam vim retineret, si esset; vel expositione *septuagesimus*, imo *octogesimus*, quam attulisse Tirinum *in Chron.* miramur. Patribus certe adeo expressus visus est hic locus, ut finem septuagenarii alicujus intervalli esse judicaverint, Hieronymus,

Au-

Auguſtinus, Proſper, Iſidorus, & ex Græcis Clemens Alexandrinus, & Euſebius; præter recentiores viros doctos, Joſephum Scaligerum, Guilielmum Eſtium, Joan: Mariana. Qui duplex tamen intevallum ſeptuagenarium diſtinguunt; aliud captivitatis, aliud deſolationis templi: atque hoc alterum computant ab anno XI. Sedeciæ; homines mihi quidem videntur exitum aliquem quærentes, poſtquam in avia loca adducti ſunt. Itaque illis ipſis, qui alias a noſtris rationes ſequuntur reſpuendum videtur Pererio, Calmet &c. *quod nuſquam*, ut Pererius ait, *Scriptura duplices facit hos annos* 70. *ſed unius tantum modi, appellans eos, diverſis nominibus*. Præterea cum Zach. locus non de Templo, aut Jeroſolima ſola, ſed de frequentandis aliis urbibus, reſtituendaque earum felicitate loquatur, unum, idemque intervallum, quod Jeremias prædixit, indicare videtur. Accedit maxime illud; quod ſi captivitas ſeptuagenaria a Jechoniæ traſmigratione incipienda eſt (uti certe incipienda nobis videtur), ſi eam iſti finiant anno primo Cyri, multo plures annos quam ſeptuaginta, ab ultimo Sedeciæ ad Darii ſecundum invenient. Nec vero hic inter Judaicam captivitatem, & Perſarum Regum initia tempus producendum eſt, ſed quantum poteſt breviandum, ut intelligi facilius poſſit, quod I. Eſdræ narratur cap. 3. cum primo anno Cyri templi fundamenta jacierentur; *plurimos de Sacerdotibus & Levitis* fleviſſe voce magna, *qui viderant templum prius*; item *Principes PP.* idem feciſſe, & inſignes alios viros; quos, ut comparare utrumque templum poſſent, adultiori aliquanto ætate tunc primum illud templum vidiſſe neceſſe eſt. Item, quæ de Mardocheo leguntur; quem profecto abductum in captivitatem ipſum ſacræ litteræ ſignificant, niſi planiori ſenſui vis inferatur. Aſſuerum vero Eſtheris Maritum nullum reperiemus cui aptari poſſint quæ de eo dicuntur, præſertim regni deſcriptio, quam Darium Hyſtaſpis. Nihil tamen nos in hac ſententia magis confirmat, quam quod initio diximus, in ſyſtemate hoc noſtro commodum locum omnia ſortiri: quod breviter indicamus.

PARS

PARS SECUNDA

CHRONOTAXIS VETERUM REGNORUM.

§. I.

De Regibus Babylonis.

XV. OMnes ferme Chronologi, clarissimo Buherio teste, in eo consentiunt; nullum in Babylonicorum Regum serie esse securiorem ducem Canone Ptolemaico., qui appellatur, *monumento quantivis pretii, quo veluti filo veteris historiæ labyrintus tuto percurri, & sacra cum prophana antiquitas conciliari possit*, ut ait Tourneminius; cui addendus Vignoles *lib.5. cap.1.* aliiq; laudatores. Videndum ergo, an quod ille de Regibus Babylonis habet, locum satis commodum in systemate nostro sortiatur. Et cum Scriptura quoque; in Danielis præsertim libro, Reges Babylonicos commemoret; an hæc illis concilientur. Primus Regum Babyloniorum memoratur a Daniele Nabuchodonosor, quem esse Canonis Nabocolassarum nemo ferme dubitat; Nabopolassarum vero hujus esse patrem. Item in eo conveniunt, ut filium in regni consortium a patre adhuc vivo admissum putent; quod Berosus indicat: sed alii unum hujusmodi regni annum, alii plures concedunt, nullo certo auctore. Nobis ante annũ IV. Joakimi, qui ex Jeremia est Nabuchodonosoris primus (idest ut iidem Chronologi conveniunt, patre mortuo) primus Nabocolassari obvenit anno ejusdem regni a patre communicati, octavo; ita ut Nabopolassarus solus 21. annis regnaverit, cum filio, & universim annos 29. Et profecto, cum Canon annos 21. eidem tribuat; eidem annos 29. tribuit Berosus apud Josephum *lib.1. contra Ap.*, uti legitur in editis omnibus quos videre potuerim tũ Græcis tùm Latinis; qui numerus etiam retentus est ab Havercampio. Eamdem lectionem invenit, probavitque Scaliger; idemque numerus in eodem Berosi loco invenitur apud Eusebium P. E. lib. ix. invenitur item

item apud Syncellum. Id ergo consequitur ex systemate nostro quod veteris historici, atq; hoc loco probatissimi, auctoritate belle confirmatur; satisque intelligitur illa Canonis & Berosi varietas, quam nonnulli nimium judicio suo sapientes corrigere voluerunt: alter enim universos Nabopolassari regni annos numerat, alter, idest Canon, eos, quos solus regnavit, filio alios tribuens. Scriptura verò primum appellat Nabuchodonosoris, quo solus regnavit. Atque hoc loco animadvertendum, in Scriptura ipsa de annis Nabuchodonosoris videri esse varietatem aliquam: nam Daniel I. 1. anno tertio Joakim ait Nabuchodonosorem captivos abduxisse Judæos; cum Jeremias XXV. 1. diserte annum quartum, Joakimi, ipsum Nabuchodonosoris affirmet esse primum. Rursum IV. RR. XXIV. Jechonias abductus dicitur in servitutem anno VIII. Nabuchodonosoris; at Jeremias LII. 28. id narrat factum anno VII. Valet ergo hic quod alibi; ut idem annus duobus a diverso principio ductis respondeat. Res bene nobis procedit, quibus annus 4117. habet prima sui parte III. Joakim, cum anno adulto regnum susceperit, altera parte IV. Ita & 4124 erit VII. & VIII. Nabuchodonosoris; si ipse quoque non initio, sed anno decurrente regnare cœperit.

XVI. Ceteri post Nabuchodonosorem Babylonici Reges sunt in Scriptura Balthasar *Dan.* VII. & VIII. 1.; Darius Medus V. 30.; Evilmerodach IV. 11. XXV. 27. *& Jerem.* LII. 3. Multi postremum hunc eumdem cum Balthasare faciunt; multi ita distingunt, ut Balthasare priorem collocent. Nobis deliberandum non est; quos rationes nostræ eò ferunt ut Evilmerodachum qui *anno 37. transmigrationis Joachin sublevavit caput Joachin Regis Juda* tertium post Nabuchodonosorem ponamus, idest Nabonadium Canonis. Atque hic, cum regnare cœperit decurrente a. 36. transmigrationis, bene *anno quo regnare cæperat* idest, nondum anno primo finito, cujus aliqua pars, & forte maxima in a. 37. cadebat, id fecisse dicitur. Quo pacto hoc Petavius explicet non video, cui annus 37. transmigrationis Joachin est 4151., & neque eo anno neque sequente novus Rex apparet in Canone. Usserius vero per vim trahit ad a. 4152. cum initium novi Regis vere cadat in 4153. Belle etiam explicatur a nobis Isaiæ locus de Babylone expugnata sub ultimo hoc Rege, si Evil-

repugnans Scriptura, imo favet illud Daniel. XIII. 65. *Et Rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Persas Regnum ejus*. Qui Xenophontem sequuntur ægre id explicare possunt, nisi cum Tourneminio dicant, Cyaxarem Xenophontis hunc esse Astyagem. Alii, ut Possinus, in eo a Xenophonte recedunt. Sed illi audacter sane faciunt, cum idem nomen (quod multorum non est & Regni veluti proprium) pro libito commutant; negantque, cum apud externum Scriptorem & sacrum occurrat, eumdem hominem designare. Quid si id alius moliatur in Cyro? Alii neminem habent systematis sui veterem auctorem quem sequantur; & cum libitum est Xenophonti hærent, cum item libitum, ab eo deficiunt. Satius nobis videtur de eo Cyropediæ libro id sentire, quod & Cicero sensit, & Plato (ut ut horum auctoritatem vel elevare vel explicare conetur Possinus, & Tourneminius) Philosophi scilicet personam non historici suscepisse Xenophontem, nec *ad historiæ fidem* librum eum scriptum *sed ad imaginem justi imperii*; quod miror qui eum librum legerit negare: ita est sententiis, deliberationibus, concionibus refertus, omniaque congeruntur quæ Heroam suum, prudentem, felicem, pium demonstrent. Atque hinc nimirum Cambysis patris illud regnum, hinc moriens in lectulo suo Cyrus, quæ falsa esse vix ullus negat. Displicet etiam, quod Susis alium Regem præter Babylonicum inducit. Nec vera esse aliqua negamus, fundumque historiæ aliquem, contra quam Scaliger sensit; imo quando ei Herodotus ceterique non repugnant, & Scriptura etiam favet; libenter ab eo accipimus annos 7. amplioris regni seu Monarchiæ; atque horum primum cum Usserio appellari in Scriptura credimus, *quando omnia Regna mundi dederat ei Dominus*, atque possidebat, mortuo scilicet Astyage: Babylonem etiam expugnasse adjutum ab eodem Rege Medorum; ita enim explicandus videtur Isaias XXI. *Ascende Elam, obside Mede* Lyrano, Maldonato, Gaspari Sanctio, Menochio, Cornelio, Tirino, Calmet &c. Astyagis ergo mors collocanda nobis videtur ex conjectura, biennio post Babylonem captam; etsi Herodotus Astyagis 35. annos ad tempus numerat quo victus est. Neminem credo oppositurum contra Darium hunc a Nabuchodonosore tertium, Jeremiam XXVII., *& servient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio*

filio filii ejus, Satis enim Hebraice ſcientibus notum, quam ampla ſit poteſtas nominis *filius* ad res deſignandas, quæ quocumque modo aptæ inter ſe nexæque ſunt; & ſi filiæ Nabuchodonoſoris filius fuit Darius (cui nihil ullibi repugnans invenitur) commode illud dici, & ex hoc loco juvari ea ſententia poteſt. Babyloniæ ergo res Syſtemati noſtro non obſunt, imo illud juvant.

§. I I.

De Regibus Medorum.

XIX. SI Herodotum ſequimur, Medi Aſiam ſupra Halym fluvium tenuerunt 156. annos, ad annum Aſtyagis 35. ſive Cyri primum Perſici Imperii. Incidit ergo eorum defectio ab Aſſyriis in a. P. J. 3999. Cum vero, ex eodem, Regum anni numerum efficiant 150., erit Dejocis primus a. 4005. Sex *anarchiæ* imputamus cum Vorſtio: nolumus enim numeros ſolicitare aut cum Harduino & Schroeer, aut cum Vignoles, aut cum Buherio. Nihil eſt in Sacra Hiſtoria, juxta temporum rationes noſtras, quod huic epochæ non optime conſentiat. Nam anno Oſee IX. P. J. 4004. *Cœpit Rex Aſſyriorum Samariam & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios, poſuitque eos in Hala &c. in Habor juxta fl. Gozan in civitatibus Medorum*. Deductiones has Coloniarum argumento eſſe turbarum ibi ex citatarum, quas ut averterent, diſpeſcere populos conabantur: ſive ut ſeditioſos multarent, fideles vero populos remunerarentur; jampridem viri docti adnotarunt ad IV. RR. XVII. 24. XVIII. 31. &c. Hoc etiam docuerunt qui alias a noſtris rationes temporum ſequuntur Uſſerius ad a. P. J. 3993. & Calmet ad IV. RR. XVI. 9. Non levis ergo conjectura eſt, cum non multo ante ab Aſſyriis Medi defeciſſent, illos his arma intuliſſe, & aliquas recepiſſe urbes, quibus eos mulctaverint, & Iſraelitas introduxerint.

XX. Occurrit in libro Judith, *Arphaxad Rex Medorum, qui ædificavit civitatem potentiſſimam quam appellavit Ecbatanis ex lapidibus quadratis & ſectis &c.* Contigit Judithæ facinus, ut diximus, anno V. Manaſſis P. J. 4032. quando ex rationibus iiſ-

dem

dem nostris jamdiu regnabat Dejoces, qui *Medos compulit unum oppidum condere & mænia constituit ampla simul & valida ea ipsa quæ nunc Ecbatana appellantur*, inquit Herodotus. Confirmat igitur Scriptura & Herodoteam narrationem & rationes nostras. Quibus, etsi Herodotum secutis, non Dejoces Rex, sed filius Phraortes obvenit, Conringio, Montfauconio, Toruneminio, Buherio, hi verba Scripturæ, ubi nulla necessitas est, in planiori significatione accipere non possunt. Quod vero placidum objiciunt ingenium Dejocis, hoc non vetat, quominus bella aliqua susciperet, vel ut Medis suis in eo obsequeretur; vel etiam ea per Phraortem filium gessit, virum bellicosum, & qui Patrem adjuvare debebat jam grandævum: nam ante regnum, floruit justitiæ fama, & regnavit annos 53. Visum est id viro docto Alphonso Salmeroni *in ep. ad Hosium*.

XXI. Confirmatur idem ex cœlestibus observationibus; & simul liquet sibi constare Herodotum; ex quo, *sexto anno a belli exortu* (inter Cyaxarem & Alyattem R. Lydorum) *signis collatis contigit, ut in medio pugnæ repente nox efficeretur*. Petavius inducit Eclipsim digitorum 9. & summo mane celebratam: non satisfacit Herodoti descriptioni. Alii aliam attulere. Vignoles anni 4129. quæ contigit die 28. Maji *sexta hora vespertina* At quî τῆς μάχης συνεστεώσης, quod Interpres dixit *in medio pugnæ*? Vesper enim advenerat solque fere occiderat. Si correctiores tabulas nanciscamur, quæ motum Lunæ aliquanto velociorem adstruunt quam Cassinianæ, idque uno fere in centenos quosque annos minuto, quod faciendum esse viri harum rerum experientissimi sciunt; habebitur Sardibus a P. J. 4111. die 18. Maji Eclipsis digitorum 11.mi.42.hor.10. mi.13. Erit etiam obscuratio omnino digitorum 12. si quod faciendum suspicor, motus lunæ augeatur aliquantulum. Habet ergo hæc Eclypsis 1. ut diem in noctem verterit. 2. ut tempore quo prœlium fervere potuit; duabus horis ante meridiem. 3. juxta nostras rationes regnabat Cyaxares. Est etiam quartum; regnasse tunc Nabuchodonosorem. Hunc enim esse Labynetum Babylonium Herodoti, consentiunt viri eruditi, ut Buherius docet. Nobis regnabat ab anno superiore 4110. Nabuchodonosor. Ceteri omnia hæc in rationibus suis non inveniunt.

XXII. Ha-

XXII. Hactenus ex Herodoto nostra, quibus Scripturam favere putamus. Quid Ctesiæ dicimus, & qui eum secuti videntur, idest præter Diodorum, Eusebio, & Syncello,& recentioribus nonnullis? Nobis, qui rationes temporum constituimus ex Scriptura & tempore septuagenariæ servitutis, liberum non esse ea sequi, nisi Scripturæ eidem adversari velimus. Ctesias enim ap. Diod. Medorum imperii initium statuit, *post dejectos imperio Assyrios*; idemq. Eusebius in chr. Syncellus &c. eidemq. anni imputandi sunt ex Ctesia ante Cyri initium 317.,exEusebio & Syncello 259., idest initium constituendum a. 3838. vel 3896. tempore Josaphati vel Amasiæ. At Manahen Rege, qui regnum inivit an.3956.,, *veniebat Phul Rex Assyriorum &c.*, secutique sunt alii reges a quibus extrema calamitas regno Israelis; denique in Judithæ historia Rex Assyriorum Regem Medorum vicit; quod postremum evincit, nequaquam Medorum regnum cœpisse, finito Assyrio. Quod hic regnum Assyriorum rursum fuisse instauratum comminiscuntur aliqui, & contra Ctesiæ ducis sui fidem faciunt; & tale aliquid volunt, cui temporis brevitas, & res ipsa repugnare videtur.

§. I I I.

De Regibus Assyriorum:

XXIII. HIc a fine exordimur, sive ab urbis Ninive eversione, quam futuram ita prædixit Nahun, ut qui factam describunt non luculentius narrent. Ex Isajæ II. non accidit ante annum XIII. Josiæ P. J. 4096. & ex Tob. XIV. 15. ante senioris Tobiæ mortem; ex Græco textu vero accidit ante Tobiæ junioris mortem, qui ex Vulgata vixit annos 99. deportatus in captivitate Israelis; ergo non videtur post 4103. Inter 4096. & 4103. est 4098. a quo quintus transmigrationis Jechoniæ est trigesimus. Quin igitur epocham illam celebrem Ezechielis I. qui hæc *in terra Chaldæorum* prædicebat faciamus initium Chaldaicæ monarchiæ, cum Ninive eversa est, & deletum Assyriorum Imperium? Nihil hic commodius dici mihi quidem videtur; etsi aliò abeunt Interpretes, intelligentes Ezechielem de anno 30.

ætas

ætatis, de anno Jubilæi, de libris tunc inventis; quas sententias explicat Prado. Nec convenit quod de initio Nabopolassari habet Scaliger. Ergo excidium Nivive & Assyriorum imperii nobis est an. 4098.. quod Petavio 3838., Usserio 3966., Buherio 4111. Vignoles 4118. Unicum id, non duplex ut Petavius, facimus cum Cl. Buherio.

XXIV. Ab an.4098., si annos numeramus 520. quibus Assyrios superiorem Asiam obtinuisse ait Herodotus, incidimus in an. P. J. 3479. Judicibus Baruc & Debbora. Vehementer repugnat Ctesias, & qui eum ferme sequuntur Diodorus, Justinus, Vellejus, & ex recentioribus Petavius, Pezron, Fourmont &c. qui Assyriorum imperio annos cir. 1300. aut 1400. tribuunt. Atque hic de Ctesiæ & Herodoti potissimum auctoritate Critici digladiantur. Omissis veteribus Christianis Chronologis, quorum intererat Ctesiam sequi, ne tabularum suarum tam multas paginas vacuas dimitterent; Ctesiam Henricus Stephanus tuetur in Herodoti accusatione; Cl. Freret, Vignoles, & nonnulli alii. Sunt vero qui secundum Herodotum pronuntiant multo plures, Petavius ipse, Usserius, Marshamus, Dupinius, & qui utriusque causam multis egerunt Conringius, Gujetus, Montfauconius, Buherius &c., *& nunc rarior est*, ait Tourneminius, *qui fabulis Ctesiæ historica scripta inquinet*. Nos primò canonem illum nostrum 1. servamus, & rem decidi ex sacris litteris volumus; cui magis favere videantur. 2. hic distinguimus Assyriaci regni qualecumque initium sub *Assur* (quod hominis, non regionis nomen fuisse putamus, nec cum Friderico Schroeer qui Harduinum secutus est, rejicimus inter Abrahami posteros); & florentes amplo imperio Assyriacas res. De hoc postremo malumus Herodoto consentire qui nihil habet, quod Scripturæ repugnare videatur. Habet vero Ctesias, qui Ninum subegisse narrat Babylonios, Armenos, Medos, Indos, Syros Phœnices, denique Ægyptios; easque retinuisse, regiones, *& peragrasse* Semiramidem, Lybia etiam expugnata; atque *ad eum prope modum & ceteros reges ad XXX. hominum ætates per successionem paternum imperium administrasse usque ad Sardanapolum*, annis scilicet 1360. Si Ctesiam & Eusebii rationes sequimur, Nini anno 43. natus est Abrahamus; eoque tempore, ut expeditionibus illis

sit

XXVI. Herodotus a Psammetico res sibi magis exploratas esse testatur. Quos ille regibus Neco, Psammi, Aprie annos tribuit, retinemus; & solùm in Amasis annis pro 44. posuimus 37. idest pro τεσσαράκοντα τέσσαρ. legimus τριάκοντα ἑπτά facili scribentis aut dictantis errore, sive etiam numerorum permutatione ΔΔΔΠΙΙ & ΔΔΔΔΙΙΙΙ omisso Δ, & ΙΙ verso in Π. Saltem non difficile videntur, Ægyptiis Sacerdotibus narrantibus concedere, ut 7. annis in adeo vetustis rebus erraverint. Si hoc non respuatur, cum duos Ægypti reges Jeremias propriis nominibus appellare videatur his simillimis, Pharaonem Ephree a Nabuchodonosore occidendum, & Pharaonem Nechao victum ab eodem; bene hoc respondet temporibus ex Herodoto statutis; cum Nabuchodonosor regnaverit ab a. 4110. ad 4153. Jeremias XLVI. 1. an. 4. Joakim, hoc alterum futurum prædixit, quò pertinet illud IV. RR. XXIV. 7. post narratam Joakimi mortem; *& ultra non addidit Rex Ægypti ut egrederetur de terra sua; tulerat enim Rex Babylonis a rivo Ægypti usque ad Euphratem omnia quæ fuerant Regis Ægypti*. Primum idem Jeremias XLIV. vaticinatur, unde etiam elicitur accidisse post Sedeciæ mortem; quod etiam colligitur ex Ezechiele XXIX. Verùm hoc loco est quod Interpretibus magnam curam injecit. Statuitur enim terminus XL. annorum Ægypti calamitati, quo finito *reductum iri captivitatem Ægypti*, & renovatum iri regnum etsi *humile*, prænuntiatur. Cornelius, Calmet & plerique alii 40. his annis terminum prefigunt primos Cyri annos; quibus accedit Perizonius *Orig. Æg. cap.* 24. Verum cum stabilis prosperitas promittatur, non video qui verum istud esse possit, succedente Cambyse, qui ex Herodoto *lib.* 3. aliisque Ægyptios pessime habuit. Et Ezechiel quidem hoc vaticinatur an. 27. transmigrationis Jechoniæ; qui est P. J. 4141. Petavio; desinunt ergo 40. anni an. 4181. quadriennio ante Cyri mortem & Cambysis regnum maxime infestum Ægyptiis. Idem habent Usserii & ceterorum Chronologorum rationes. Nobis 27. ille annus est 4150. Si biennio post Ægyptum vastatam ponamus, desinent anni 40. an. 4192., post quem annum numeratur primus Darii Hystaspis. Elapsa erant ergo tempora Cambysis Ægypto calamitosa; & sub Dario res compositas Herodotus significat, indicatque solùm Dario tributum pendere debuisse

Ægyptum & Afros Ægypto conterminos. Hoc ergo accedit ceteris quæ commodum locum in systemate nostro sortiuntur. Et convenit sane annus ex Herodoto consignatus, ultimus Apries 4152. quem occisum a Nabuchodonosore Jeremias significat. Hinc etiam Tyri eversionis tempus habemus; cum eodem loco Ezechielis Ægyptus permittatur Nabuchodonosori, quia *merces non est reddita ei neque exercitui ejus de Tyro*; nimirum eam præcessisse annum 27. transm. Jechoniæ; secutam vero annum 11. quo ab Ezechiele XXV. prædicitur futura.

XXVII. Ante Psammetichum Ægyptiacarum rerum obscuritatem Herodotus confitetur: ponit vero a Sesostride inter eos celeberrimo Reges XI.: annos tamen regni, quatuor Regibus exceptis, non numerat, de veritate forte diffidens. Nos in tanta rerum obscuritate, quando solis conjecturis locus est, nemo, credo, longius a veritate aberrare dicet, si Regibus XI. annos regni tribuamus 317., idest singulis plusquam 28. Atque hos ita ex conjectura partimur, retentis expressis ab Herodoto; Sesostri annos 50.; Pheroni 12.; Proteo 28.; Rampsinitho 10. Cheopi 50. Chepreni 56.; Mycerino 6. Asychi 5. Anysi primò 1. Sabaconi 50. Anisi iterum regnanti 9. Sethos 40. Analyticorum more ita res constituimus, ut videamus quid consequatur. Consequitur vero; Sethos regnâsse ab an. P. J. 4010. ad 4050. De hoc ait Herodotus; *Cùm Sanacharibus Arabum Assyriormque Rex cum magnis copiis invasisset Ægyptum, noluerunt bellatores Ægyptiorum ei opitulari*: Sennacheribi mors contigit post an. 14. Ezechiæ P. J. 4012. annum Sethos alterum; satis ergo tempora congruunt. Qui verò hic rident Herodotum, quòd postea narret; Sennacheribum victum depulsumque a muribus ejus armis infestis; quare & in Ægypto posita in templo statua Sethos, cum muris imagine, & inscriptione, *in me intuens pius esto*: hi non considerant ex Sacerdotum Ægyptiorum fide hæc narrare Herodotum: Ægyptios vero, ne diserte aliis populis victoriam adscriberent, symbolis gentem assuetam, ita veritatem velasse. Iudæos mures vocatos per contemptum, sive communi in viles homines dicterio, sive proprio, patet ex Judith. XIV. ubi de iis Holofernis duces; *Intrate & excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis ausi sunt provocare nos ad prælium*. Quid

in

in templo illa epigraphe ad pietatem excitans ? nisi ope divina in Hebræorum gratiam victoriam fuisse relatam. Præterea habet Herodotus, Anysi Rege, Æthiopas excurrentes in Ægyptum; quod necesse est ponere ab an. 3950. ad 4010. Æthiopes cum Ægyptiis occurrunt, Rege Ezechia, qui regnavit ab an. 4000. ad 4028. Forte & Anysis ipse occurrit. An vero hunc non agnoscimus in *Sua* qui nominatur IV. RR. XVII. eodem illo tempore ? monent enim in nominibus hisce postremas litteras attendendas, cum primæ sint omnino similes, ut patet in Nabopolassaro, Nabonadio &c.

XXVIII. Sesostris regnavit ab an. P. J. 3733. ad 3783. Anno quinto Roboam P. J. 3753. *ascendit Sesac Rex Ægypti in Jerusalem, & tulit thesauros domus Domini* primus qui Ægyptiorum Regum in Judæam excurrisse legatur; & credibile est ceteris vicinis erg ionibus non pepercisse; imo ex eo tempore amplificatum videtur Ægyptiorum regnum, ut ad Euphratem pertineret IV. RR. XXIV. Sesostrem eumdem esse atque hunc Sesac, Josephus contendit, & Interpretum plerique, teste Calmet; quibus addendus Marshamus, Huetius *de nav. Sal. &c.* Hanc quidem sententiam alii refutarunt, præ ceteris Perizonius, & Tournemінius; primusque adeo feliciter, Buherio judice, ut regeri nihil contra possit; eaque argumenta descripta sunt in libro non ita pridem edito *de Obelisco*. At in nova Perizonii editione anno 1736. non hujusmodi esse judicantur, & fuse refutantur ex Jamesono. Nobis quicquid contra afferatur tanti non videtur, quanti id quod ex silentio Scripturæ petitur (quod hic eodem modo valet ac in superioribus), & auctoritate Herodoti. At enim secutus est Sesostrem Proteus, qui in Trojana tempora incidit. Respondemus, Sesostrem urbium expugnatorem & victorem populorum ab hoc tempore dimoveri non posse. Erit ergo Proteus hic ab alio antiquiori diversus (nam eodem nomine duos Reges fuisse nil mirum habet), & perperam huic tributum quod erat illius. Si cui repugnare comuni opinioni placeat, & (quod in plerisque rebus hujusmodi faciendum est) tempora breviora facere; cum opinio comunis de anno Trojanæ cladis vel Dionysii Halicarnassæi auctoritate nitatur, vel Mythologicæ genesi Heroum; cum aliis alio tempore collocanda videatur, ut

ex

ex marmoribus Oxon. patet; ex Apione vero & Ptolemæo Mendesio apud Clem. Alex: eliciatur an. P. J.*3676.*, non adeo firma illa antiquitas videri debet, ut loco moveri non possit. Et Herodoti quidem auctoritas plus hic valet, quando extra Græciam & a Græcorum de antiquitate sua gloriatione liber, ex Ægyptiis rem audit; quàm cum in vita Homeri, si ejus est ille liber, aut alibi rem decernit. Edmundus Hallejus Neutonianam Chronologiam defendens sive emendans contra Soucietum, Argonautarum expeditionem consignandam probat anno *3780*. Addas *34*. vel *32*. quot annos ad Trojam expugnatam intercessisse volunt, habebis *3814*. vel *3812*. quando ex rationibus positis regnabat Proteus. Quem autem esse dicemus *mutantem Protea vultus*? præterea vatem, qui novit *quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur*? denique qui Neptuni *armenta & turpes pascit sub gurgite phocas*? Proteum Perizonius ex Eustathio dictum ait quasi primum suæ familiæ Regem. Cœcus decennio fuit decessor Pheron, uti cœcus Anysis, cui Sabacos Æthiops regnum eripuit. An Proteus ob miram solertiam qua prudenter futura conjectare licet, vates dictus? an ob versatile ingenium & in stratagematis excogitandis ferax, fictum de illo, quod vultus mutaverit? An Neptuni (idest Regis Ægypti, quem Scriptura quoque inter aquas & flumina habitantem repræsentat) Dux, & Præfectus phocarum turpium id. Æthiopum, qui Ægypti regnum sibi vindicaverit, & primus in familiam suam intulerit? occurrunt Æthiopes potentissimi hoc tempore, & Zara cum decies centenis millibus Judæam infestans. Sed conjecturæ meræ: in tanta antiquitate & tenebris forte nondespiciendæ.

§. V.

De Regibus Persarum.

XXIX. CYri primum Persici Imperii annum incurrere in an. P. J. 4155. bene Petavius probavit, cui ceteri ferme consentiunt. Ejus autem regni eidem assignantur a Cicerone, Vet. Chronol. apud Clem. Alex. &c. XXX. quibus non contradicit Herodotus tribuens *29.*, completos nimirum omnes. In ejus historia

ſtoria,potius quam Xenophonti,Herodoto fidendum eſſe,diximus. In Scriptura præter Cyrum, Darius nominatur, Hyſtaſpis videlicet filius. Inter utrumque,ex Canone, interjicitur Cambyſes unus. Poſt Cambyſem tamen regnum occupavit falſus Smerdis; cui cum breve regnum contigerit, nec neceſſe fuerit ejus nomine annum ullum ſignari, ideo omittitur. *I. Eſdræ IV.* inter Cyrum & Darium interjiciuntur Aſſuerus & Artaxerſes; quos Cambyſem & Smerdin eſſe interpretor. Difficilem Æſchili locum in *Perſ.* ubi inter Cambyſem & Darium interſerit Mardum, ideſt falſum Smerdin, ut conſtat, & præterea Maraphim & Artaphrenem, interpretor de Otane Herodoti, facinoris ſuſcipiendi contra Smerdin auctore, & Gobryam, qui cum Dario Smerdin obtruncavit. Eos ſummis honoribus, atque auctoritate quaſi regia inſignitos dum viverent, Herodotus indicat. Septem etiam conjurationis ſocios ſimile aliquid nactos, Plato III. *de leg.* ſignificat, & ex veterum libris Ammianus. Micheæ locus V. 5. de VII. Paſtoribus non incommode de his explicari poteſt, etſi myſtice Hieronymus accepit, quem recentiores ſequuntur. Cum vero ad explicandum Ezechielem XXXVIII. & XXXIX. quærendus ſit princeps aliquis potentiſſimus, e Septentrione veniens in Judæam, animo Judæis infenſiſſimo, qui in montibus Iſraelis deinde perierit; non videntur hæc ulli melius convenire, quam Cambyſi, qui in montibus Carmeli vita functus dicitur ab Herodoto; cui malumus fidem hic quoque adhibere, quam Cteſiæ, aut Straboni, alia prorſus ſcribentibus.

XXX. *Dan. cap.XI.* Angelus, qui anno III. Cyri loquitur tres Reges deſcribit,& quartum *qui concitabit omnes adverſus Regnum Græciæ*. Xerſem hunc Darii filium nemo eſſe negat: ſunt alii tres Cambyſes, Smerdis, Darius. Darium hunc (nam ceteri qui ſequuntur apud Danielem, Eſdram &c. non huc pertinent) credimus eſſe Eſtheris Aſſuerum cum Lancellotto, Uſſerio, Calmet &c., imo Auctore lib.III.Eſdræ cap.3. qui *Darium* eum vocat; qui etſi Canonicus non ſit, magnam tamen apud PP. auctoritatem obtinet. Perſam enim, ut videtur etiam Bellarmino, ſignificare videntur illa verba quibus cogitaſſe dicitur Amanus, ut *regnum Perſarum transferret in Macedonas*. Hinc etiam a Macedonum florentibus rebus non longius recedendum videtur.

tur. Alia sunt quæ tempus indicant vel personam; *duodecimus* ejus regni annus qui commemoratur; *gloria templi*; animus in Judæos benevolus, ac præceteris duo; I. Mardochæus tunc vivens ætate idonea ad munera in Regia obeunda; qui Mardochæus *translatus fuerat de Jerusalem eo tempore quo Jechoniam Regem Juda Nabuchodonosor Rex Babylonis transtulerat*; atque ut alibi; *erat de eo numero captivorun quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis cum Jechouia*. 2. regnum ejus *ab India usque ad Æthyopiam super* 127.*Provincias*; qui etiam *omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias*. Hæc Dario atque in ejus tempus primò convenire videntur. Ipse enim est qui, Herodoto teste, regnum in plures provincias partitus, quas Satrapias appellavit, cui Æthiopes, ex eodem, tributum pendere jussi; Indi quoque; demum *ab Insulis obvenit aliud tributum*. De Insulis hoc idem alibi commemorat; & hoc veluti singulare Thucidides narrat *init*. *Darius insulas etiam in suam potestatem redegit*: atque insignis est Platonis locus *in Menex.* ubi Persarum Reges, eorumq. facinora illustriora commemorat: de hoc vero, *Tertius Darius pedestri pugna usque ad Scythas fines regni produxit*; *classe autem & mari, insulis quoque potitus est, ut nemo prorsus illi obsistere auderet: omnium vero mortalium mentes servili quodam metu occuparat, ut multi florentesque & bello præstantes populi Persarum imperio subjicerentur*. Hæc in neminem eorum, qui Darium antecesserunt conveniunt. Ne eos qui secuti sunt Assuerum faciamus, prohibet Mardochæi illa ætas. Qui enim Xersem aut Artaxersem Longimanum eligunt necesse est, ut dicant, vel Mardochæum translatum Babylonem, *etiamsi nondum natus fuisset*; idest *non in se sed in parentibus aut Majoribus suis*, vel eo tempore quo munia obibat ab Assuero credita, superasse annum CLXV. Utrumque proponit nec repudiat Bellarminus. Primum amplectitur, Lucas Brugensis, Cano, Estius, Serarius Menochius, ut omittam Grotium, Drusium &c. Alterum Gaspar Sanctius, Bonartius, qui primum illud abhorrere a Scripturæ sensu judicant &, ut Petrus Possinus, *vanum & astutia illaudata captatum effugium*. Sed hoc quoque alterum placere non potest iis, qui communem hominum vitam, vel eo tempore spectant. Nemo saltem negabit proniorem esse explicationem

no-

nostram de Dario Hystaspis. Atque hoc, Chronologicum Systema nostrum commendat, quod cum brevius intervallum fecerit, quam vulgo solet, inter deportatiouem Jechoniæ & hunc Darium, annorum 69.; si Mardochæum translatum ponimus puerum triennem, quod Scripturæ omnino satisfacit & censuit Cornelius, anno III. Darii LXXIII. annos natus erat; quæ quidem ætas, ut gravissimis muneribus a Rege commissis defungi possit, in homine valente ac robusto, nihil habet mirum ac singulare.

Ultra non tendimus, quod nimium longi fuerimus, & annorum summa ab O. C. ad Christum, si hæc stant, moveri non possit. Sunt ergo nobis ab O. C. ad æræ vulgaris initium anni 4235. Cum autem de vero anno Christi natali eadem sententia nostra sit quæ Dekerii, Petavii, Usserii, Norisii &c., erunt ab O. C. ad Christi ortum 4230., ad ejus mortem vero anno ær. vulg. XXIX. anni 4263. Hoc enim & de anno mortis sentimus, ducti præcipue auctoritate PP. veterumque scriptorum, cujus consensus tantus indicat, habuisse quod sequerentur. Nec vero ignotum esse potuit, quod adeo celebre in Judæa fuit, & legitimis Actis & publicis consignatum. Avertit quidem ab hac sententia multos plenilunium, octiduum ferme eo anno antevertens feriam VI. die 25. Martii. Sed satis liquet nobis, aberrasse tunc in plenilunio civili inveniendo Judæos a vero, more etiam ceterorum populorum. Qui feriarum alium apud alios ordinem hoc tempore induxit, ut hoc explicaret; satis meo judicio refutatur ex controversia de Paschate., in qua nullum de eo verbum, quod prætereundum non erat. Quod quidem ideo dico, ut expromam sentetiam meam, & qui aliena diligentius scrutantur quam sua, illud, quod meum non est, mihi affingere non pergant.

ÆTAS V.

ÆTAS V.

A templo I. fundato, ad fundatum iterum anno 2. Darii, ann. 477.

A. P. I.			
	Salomon		*Ægypti Regis*
3717.	4. Templum fundatur (1)		
3733.	20.		Sesostres annis 40.(*a*)
	RR. Juda	*RR. Israel*	
3753	1.Roboam (2)	1.Jeroboam (3)	
3757.	5.	5.	*Sesac diripit templum* (*b*)
3770.	1.Abia . (4)	18. : . . .	
3773.	1.Asa (5)	21.	
3774.	2.	22.1.Nadab (6)	
3775.	3.	2.1.Baasa (7)	

(1) III. RR. VI.,, Factum est autem quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno 4. regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino ,, .

(*a*) V. *num.*25.

(2) III. RR. XI.,, Dormivitque Salomon cum patribus suis, regnavitque Roboam fil. ejus pro eo. XIV. . . . decem & septem annos regnavit in Jerusalem ,, .

(3) XII. ,, Cum audisset omnis Israel quod reversus esset Jeroboam . . . constituerunt eum regem super omnem Israel &c. XIV. dies autem quibus regnavit Jeroboam 22. anni sunt ,, .

(*b*) XIV. ,, In quinto autem anno Regis Roboam ascendit Sesac Rex Ægypti in Jerusalem, & tulit thesauros domus Domini &c.,,.

(4) XV. ,, Igitur in octavodecimo anno regni Jeroboam . . . regnavit Abiam super Judam; tribus annis regnavit in Jerusalem ,, .

(5) *Ib.* ,, In anno ergo vigesimo Ieroboam Regis Israel regnavit Asa Rex Juda, & quadraginta & uno anno regnavit in Jerusalem V. *num.*11.

(6) *Ib.* ,, Nadab vero fil. . Jeroboam regnavit super Israel anno secundo Asa Regis Juda: regnavitque super Israel duobus annis ,, .

(7) *Ib.* ,, Interfecit ergo illum Baesa anno tertio Asa Regis Juda, & regnavit pro eo . . . anno tertio Asa Regis Juda regnavit Baasa fil. Abiæ super omnem Israel, in Thersa, 24. annis ,, .

A. P. J.	RR. Juda	RR. Israel	Ægypti Reges
3783.	11.	9.	Pheron a. 12.
3788.	16.	14. 36. *Judæam invadit* (*)	Zara Æthiops (c)
3795.	23.	21.	Proteus a. 28.
3798.	26.	24. 1. Elas (8)	
3799.	27.	2. 1. Zambri (9) 1. Amri (10)	
3804.	32.	6. 1. *In Therfa* (11)	
3810.	37.	12. 1. Achab (12)	
3814.	1. Josaphat (13)	5.	
3823.	10.	14	Rampsinithus a. 10.

(*) II. Paral. XV. v. ult. „ Bellum vero non fuit usque ad XXXV. annum Regni Asa „ . XVI. 1. „ Anno autem XXXVI. Regni ejus ascendit Baasa Rex Israel in Judam &c. „ . V. *num*. 11.

(c) II. Par. XIV. „ Dormivit autem Abia cum patribus suis ... regnavitque Asa fil. ejus pro eo, in cujus diebus quievit terra annis 10.... egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo decies centena millia & curribus trecentis, & venit usque Maresa &c. Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asa &c. „ .

(8) XVI. „ Dormivit ergo Baasa & regnavit Ela filius pro eo ... anno XXVI. Asa Regis Juda regnavit Ela fil. Baasa super Israel in Thersa duobus annis „ .

(9) *Ib*. „ Irruens ergo Zambri percussit & occidit eum anno XXVII. Asa Regis Juda, & regnavit pro eo „ .... septem diebus in Thersa „ .

(10) *Ib*. „ Cumque audisset rebellasse Zambri, & occidisse Regem, fecit sibi Regem omnis Israel Amri „ .

(11) *Ib*. „ Anno XXXI. Asa Regis Juda regnavit Amri super Israel 12. annis, in Thersa regnavit 6. annis „ V. *num*. 11.

(12) *Ib*. „ Achab vero fil. Amri regnavit super Israel anno XXXVIII. Asa Regis Juda ... in Samaria 22. annis „ .

(13) XXII. „ Josaphat vero fil. Asa regnare cœperat super Judam anno IV. Achab Regis Israel ... & 25. annis regnavit in Jerusalem „ . V. *num*. 11.

A. P. J.	RR. Juda	RR. Israel	Ægypti Reges
3830.	17. 1. Joram (*)	21. 1. Ochozias (14)	
3831.	18. 2.	22. 2. 1. Joram (15)	
3833.	20. . . .	3.	Cheopas a. 50.
3835.	22. 1. Joram (16)	5.	
3838.	25. 4. Joram (13)	8.	
3842.	8. 1. Ochozias (17)	12.	
3843.	1. Athalia (19)	1. Jehu (18)	
3849.	7. 1. Joas (20)	7.	
3871.	23.	1. Joachaz (21)	
3883.	35.	13.	Chephrenes a. 56.

(14) *Ib.* „ Ochozias autem fil. Achab regnare cœperat ſuper Iſrael in Samaria a. XVII. Joſaphat Regis Juda, regnavitque ſuper Iſrael 2. annis „.

(15) II. RR. I. „ Et regnavit Joram frater ejus (Ochoziæ) pro eo, anno ſecundo

(*) Joram filii Joſaphat Regis Juda, III. „ Joram vero filius Achab regnavit ſuper Iſrael in Samaria anno XVIII. Joſaphat Regis Juda, regnavitque 12. annis „ V. *num.* 11.

(16) VIII. „ Anno V. Joram filii Achab & Joſaphat Regis Juda regnavit Joram fil. Joſaphat . . . & 8. annis regnavit in Jeruſalem „. V. *num.* 11.

(17) *Ib.* „ Anno XII. Joram filii Achab . . regnavit Ochoſias fil. Joram Regis Juda . . . & uno anno regnavit in Jeruſalem „ IX. „ Anno XI. Joram filii Achab regnavit Ochozias ſuper Juda, venitque Jehu in Jeſrahel „. V. *num.* 11.
IV. RR. VIII. „ Vigintiduorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet & uno anno regnavit in Jeruſalem „ . I. Par. XXII. „ Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, & uno anno tanntum regnavit in Jeruſalem „.

(18) IV. RR. X. „ Dies autem quos regnavit Jehu ſuper Iſrael 28. anni ſunt in Samaria „.

(19) XI. „ Athalia vero Mater Ochoziæ videns mortuum filium ſuum &c. regnavit ſuper terram . . . anno autem VII. miſit Joada &c. „.

(20) XII. „ Anno VII. Jehu regnavit Joas & 40. annis regnavit in Jeruſalem . Id. II. Par. XXIV.

(21) XIII. „ Anno XXIII. Joas filii Ochoziæ Regis Juda regnavit Joachaz filius Jehu ſuper Iſrael in Samaria 17. annis „.

A. P. J.	RR. Juda	RR. Israel	Ægypti Reges	R.
3885.	37.	15. 1. Joas (22)		
3887.	39.	17. 1. Joas (22)		
3889.	1. Amasias (23)	3.		
3891.	3.	5. 1. Jeroboam (24)		
3903.	15.	13. 1. Jeroboä (24)		
3917.	29. 1. Azarias (25)	27. 15.		
3938.	22.	36.		C
3939.	23.	37.	Mycerinus a. 6.	
3944.	28.	1. Interregnum		
3945.	29.	2.	Asychis a. 5.	
3950.	34.	7.	Anysis I. a. 1.	
3954.	38.	8.	Sabacos a. 50.	
3955.	39.	12. Zacharias (26) Sellum (27)		
3956.	40.	1. Manahen (28)		
3961.	45.	6.		1. V.
3966.	50.	1. Phaceja (29)		
3967.	51.	2.		1. Nabc 26. F
3968.	52.	1. Phacee (30)		

(22) *Ib.* „ Anno XXXVII. Joas Regis Juda regnavit Joas fil. Joachaz super Ifra Samaria 16. annis „.

(23) XIV. „ In anno II. Joas filii Joachaz Regis Ifrael regnavit Amafias fil. . Regis Juda ... 29. annis regnavit in Jerufalem „ *Ib.* „ Vixit autem A fias poftquam mortuus eft Joas fil. Joachaz Regis Ifrael quindecim anni

(24) *Ib.* „ Anno XV. Amafiæ filii Joas Regis Juda regnavit Jeroboam fil. Joas gis Ifrael in Samaria quadraginta & uno anno „.

(25) XV. „ Anno XXVII. Jeroboam Regis Ifrael regnavit Azarias fil. Amafiæ gis Juda . . 52. annis regnavit in Jerufalem „.

(26) *Ib.* „ Anno XXXVIII. Azariæ Regis Juda regnavit Zacharias fil. Jeroboa Samaria fex menfibus „. V. *num.* 11.

(27) *Ib.* Sellum fil. Jabes regnavit XXXIX. anno Azariæ Regis Juda ; regnavi tem uno menfe in Samaria.

(28) *Ib.* „ Anno XXXIX. Azariæ regnavit Manahem fil. Gadi fuper Ifrael 10 nis in Samaria „.

(29) *Ib.* „ Anno L. Azariæ regnavit Phaceaja fil. Manahem fuper Ifrael in S ria biennio „.

(30) *Ib.* „ Anno LII. Azariæ Regis Juda regnavit Phacee fil. Romeliæ fuper I in Samaria 20. annis.

R.Juda	RR.Israel	RR.Ægypti	RR. Assyr.	RR.Babyl.
1.Joatham(31) 2.				
13.	14.			1.ex 2.Nadii.15.N.
15.	16.			1. ex 5.Choz.17.N.
6.1.Achaz(32)	17.			
0.5.	1. Osee (33)			1. ex 5.Jugæi22.N.
10.	6.			1. ex 12. Mardo-vempadi.
13.	1. Osee (33)			
6.Ezechias (34)	4. *Tobias nascitur*(✠). . . :		*Medorum defectio ab Ass.*	
3.	6. . . .	Anysis II. a. 9. sive *Sua* (*)	Salmanasar	
4.	7. *Samaria obsidetur* (35)			
6.	9. *Deportatio Israel* (35)			

1) *Ib.* „ Anno II. Phacee filii Romeliæ Regis Israel regnavit Joatham fil. Oziæ Regis Juda . . . . sexdecim annis in Jerusalem „ .

2) XVI. „ Anno XVII. Phacee filii Romeliæ regnavit Achaz fil. Joatham Regis Juda . . . & 16. annis regnavir in Jerusalem „ .

3) XV. „ Conjuravit autem . . . Osee fil. Ela contra Phacee . . . & percussit eum & interfecit, regnavitque pro eo XX. anno Joatham filii Oziæ „ . XVII. Anno XII. Achaz Regis Juda regnavit Osee fil. Ela in Samaria super Israel 9. annis V. *num*.11.

4) XVIII. „ Anno III. Osee filii Ela Regis Israel regnavit Ezechias fil. Achaz Regis Juda . . . & 29. annis regnavit in Jerusalem „ . Ita & II. Par. XXVIII.

(✠) V. Ad ann.4098.

(*) IV. RR. XVII. 4. „ Cumque deprehendisset Rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuntios ad Sua Regem Ægypti, ne præstaret tributa Regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat &c. „ .

5) XVIII. „ Anno IV. Regis Ezechiæ, qui erat annus VII. Osee . . . . ascendit Salmanasar Rex Assyriorum in Samariam & oppugnavit eam & cœpit. Nam post annos 3. anno VI. Ezechiæ idest IX. anno Osee Regis Israel capta est Samaria „ XVII. „ obsedit eum tribus annis : anno autem IX. Osee cœpit Rex Assyriorum Samariam & transtulit Israel in Assyrios „ .

A.P.J. RR.Juda	RR. Israel	RR.Ægypti	RR.Assyr.	RR.Ba
4005.7.			Dejoces a.53.	1.ex 5. 39.N
4010.12.		Sethos a.40.		1. ex 5. 44.N
4012.14. Juda urbes vexat			Sennacherib (d)	1.ex 3.B
4015.17.				1. ex 6 nadii 49
4021.23.				1.Rege
4022.24.				1.ex 4. mordac
4026.28.				1. ex 8.I gni II. 6
4028. 1. Manasses (36)				
4032. 5. *Juditha historia* (37)				
4034.7.				1. ex 1 radini 6
4047.20.				1.ex 20.3 chei 81.
4050.23.		Psammitichusa. 54.		
4058.31.			Phraortes a. 22.	
4067.40.				1. ex 22. ladani 1
4080.53.			Cyaxares a. 40.	

(d) IV. RR. XVIII. 13. „ Anno XIV. Regis Ezechiæ ascendit Sennacherib Rex Assyriorum ad universas Civitates Juda munitas, & cœpit eas. Tunc mis Ezechias Rex nuntios ad Regem Assyriorum &c. „.

(36) XX. v. ult. „ Dormivitque Ezechias cum patribus suis, & regnavit Manasses fil. ejus pro eo. „ XXI. „ duodecim annorum erat Manasses cum regna cœpisset & 55. annis regnavit in Jerusalem „.

(37) V. num.18.

Juda	RR. Ægypti	RR. Assyr.	RR. Medorum	RR. Babyl.
. Amon (38)				
Josias (39)				
. . . .				.1. ex 21. Nabopolassari 123.
3. Jerem.				
ph. (e)				
. Tobias				
itur a. 99.	. . :	Ninivvevertitur(f)		
6. Judith				
itur a. 105.				
. . .	Necus a. 17.			
7.				1. ex 43. Nabocolassari. 14.
8.			Eclipsis sol. (g)	
.1. Joachaz (40)				
Joakim (41)				

XXI. „ Dormivitque Manasses cum patribus suis ... & regnavit Amon fil. ejus pro eo: .... duobus quoque annis regnavit in Jerusalem, Id. II. Par. XXXI.

) Ib. „ Tetenderunque ei insidias servi sui & interfecerunt Regem in domo sua ... & regnavit Josias fil. ejus pro eo. XXII..... triginta & uno anno regnavit in Jerusalem „.

Jerem. I. & XXV. „ Verbum quod factum est ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno IV. Joakim filii Josiæ Regis Juda (ipse est annus primus Nabuchodonosor Regis Babylonis .... a XIII. anno Josiæ .... usque ad diem hanc, iste tertius & vigesimus annus &c. „.

) V. num. 21. (g) IV. num. 18.

) XXII. „ In diebus ejus ascendit Pharao Nechao Rex Ægypti contra Regem Assyriorum ad fil. Euphratem, & abiit Josias in occursum ejus, & occisus est in Mageddo ... tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ, & unxerunt eum &c. & tribus mensibus regnavit in Jerusalem „. Id. XXIV. & II. Par. XXXVI.

) Ib. „ Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla... ne regnaret in Jerusalem... regemque constituit EliaKim ... vertitque nomen ejus JoaKim .... & XI. annis regnavit in Jerusalem „.

A. P. J.

	RR. Juda	*RR. Ægypti*	*RR. Medorum*	*RR. Babylonis*	*R*
4117.	4. *Nab. vex. Jud.* (42)	. . . .	. . .	. .	8. 1. exS
4120.	7.		. Astyages a. 35.		
4121.	8. . . .	Psammis a. 6. . . .			
4124.	11. Joachim (43) 1. Sedecias ; *coercetur a Babylonio* (g) *Init. Captiv.* (44)				
4125.	2. *Jerus. obsid.* (45)				
4127.	4. . . .	Apries a. 25.		*Nabuch. Tyrum obs*	

(42) XXIV. „ In diebus ejus ascendit Mabuchodonosor Rex Babylonis, & f est ei JoaKim servus tribus annis, & rursum rebellavit contra eum, i sitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, trunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, & immisit eos in Ju ut disperderet eum „. Daniel I. „ Anno III. Regis Juda venit Nabucl nosor Rex Babylonis in Jerusalem & obsedit eam. Et tradidit Domi manu ejus JoaKim Regem Juda, & partem vasorum Domus Dei &c. „.

(43) II. Par. XXXVI. „ Regnavit autem Joachim filius ejus pro eo . . . tribus sibus ac 10. diebus regnavit in Jerusalem . . . cumque anni circulus vo retur misit Nabuchodonosor Rex qui adduxerunt eum in Babylonem portatis simul pretiosissimis vasis domus Domini ; Regem vero cont Sedeciam patruum ejus . . . . undecim annis regnavit in Jerusalem RR. XXIV. „ Et dormivit JoaKim cum patribus suis, & regnavit Jo filium ejus pro eo . . . & tribus mensibus regnavit &c. „.

(g) IV. RR. XXIV. „ Et ultra non addidit Rex Ægypti ut egrederetur de sua : tulerat enim Rex Babylonis a rivo Ægypti usque ad fl. Euph omnia quæ fuerant Regis Ægypti „.

(44) *Ib.* „ In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor Regis Babylo Jerusalem & circumdata est urbs munitionibus, venitque Nabuchod Rex Babylonis ad civitatem cum servis suis ut oppugnaret eam ; eg que est Joachin Rex Juda ad Regem Babylonis ipse & mater ejus, & s principes ejus & Eunuchi ejus : & suscepit eum Rex Babylonis anno regni ejus, & protulit inde omnes thesauros domus Domini, & omne sauros domus regiæ, & concidit universa vasa aurea quæ fecerat Sa Rex Israel in templo Domini juxta verbum Domini ; & transtulit o Jerusalem &c. „.

Jerem. LII. „ Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor in anno Judæos tria millia & viginti tres „.

(45) II. RR. XXV. „ Factum est autem anno IX. regni ejus mense 10. 10. die sis venit Nabuchodonosor Rex Babylonis ipse & omnis exercitus ejus rusalem, & circumdederunt eam, & extruxerunt in circuitu ejus mu nes; & clausa est civitas atque vallata usque ad XI. annum Regis Sede

..Juda	RR. Ægypti	RR. Medorum	RR. Babylonis	RR. Assyr.
I. Temp. evert. (46)				19.
VI. 2. Jud. deport. (47)				23.
XIX.	Ægyptus vastatur Amasis a. 37.			
XX.				1. ex 2. Ilvarodami 187.
		Reges Persarum		
		Cyrus a. 30.		1. ex 4. Nericolassari 189.
XXVI.				1. ex 17. Nabonadii 193.
XXVII. Joachin sublevatur (48)				
II.		1. Cyri ex 7.		
XII.		Cambyses a. 8.		
XVI.	Psammenithus m. 6.			
XX.		Darius a 36. a Tyri vastatione XXXX.		
..nis Captivitatis (49)				

Ib. „ Mense V. 7. die mensis (ipse est annus XIX. Regis Babylonis) venit Nabuzardan princeps exercitus, servus Regis Babylonis in Jerusalem, & succendit domum Domini, & domum Regis, & domos Jerusalem &c. II. Part. XXXVI.

..ere. LII. „ In a. XVIII. Nabuchodonosor (transtulit) de Jerusalem animas 832. „

Ib. „ In anno XXIII. Nabuchodonosor transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Judæorum 745. „ .

IV. RR. XXV. „ Factum est vero in anno XXXVII. transmigrationis Joachin Regis Juda mense XII. 27. die mensis sublevavit Evilmerodach Rex Babylonis, anno quo regnare cœperat caput Joachin Regis Juda de carcere „ Id. Jerem. LII.

V. num. 14.